



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput XXIV. De memoria defunctorum in Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1548. ne, hauserunt. Ex Dei autem misericordia, & liberalitate, & Christi gratia, non solum ipsis ad salutem Sanctorum merita conducunt, sed etiam nobis ad protectionem, & gloriæ divinæ impetrationem profunt.

CAPUT XXIV.

De memoria defunctorum in Christo.

Ecclēsia communis sacrificii memoriam recolens, omnia sua membra pariter ad vocare, nec quemquam eorum excludere debet, qui secundum Domini liberalem voluntatem, utilitatis hujus Sacrificii capax existit: ideoque quemadmodum prius Sanctorum, ita postea etiam reliquorum Christianorum memoriam circa Sacrificium Altaris inducit, quos in vera Christi fide decessisse pie credit, de quibus tamen satis certum esse nequit, utrum satis emundati, & purgati hinc emigraverint. Cum itaque talem orandi formam nobis Dominus insinuaverit, ut nemo pro sua tantum, sed velut magnæ Communionis civis, pro omnium utilitate rogare debeat, & per Apostolum præcipiat nos pro invicem orare, ut salvemur: magnæ in consortes suos crudelitatis, & contra Dominum detestandæ temeritatis fuerit, si quis a commercio orationum nostrarum in Christo defunctos excluderet: quod eum facere nusquam Scriptura præcipit, & communionis spiritualis, quam cum Sanctis

omni

omnibus profitemur, ratio diserte vetat: *Sæcul. XVI.*
 hanc autem consuetudinem per totam Christi *A.C. 1548.*
 Ecclesiam divulgatam, qua circa Altaris
 Sacrificium memoria defunctorum adhibetur,
 ex Apostolica traditione promanasse, mag-
 nis & fide dignis testimoniis abunde doceri
 potest.

CAPUT XXV.

De Communione, cum Sacrificio
jungenda.

Expediret, cum verissimum illud, & singu-
 lare Sacrificium offertur, veterem Ec-
 clesie morem revocare, quo non solum sa-
 crificans ipse, sed & Diaconi, & reliqui
 Ecclesie ministri, qui diebus solem-
 nioribus, velut testes tanti Sacrificii, &
 necessariorum ministeriorum Coadjutores ad-
 hibentur, ut perceptionis corporis, & san-
 guinis Domini nostri Jesu Christi participes
 se præberent, seria canonum sanctione jube-
 bantur, sed & fideles omnes pro recolenda
 mortis Domini, & nostræ redemptionis me-
 moria, ad hoc mediatoris nostri sacrificium
 confluentes, sedulis exhortationibus monen-
 di, & excitandi sunt, ut prius explorati,
 confessi, & absoluti sacrosanctæ Commu-
 nionis gratiam sumant, & diviniissimæ Eu-
 charistiæ participationem una cum Sacerdo-
 te sedulo, & devote frequentent.

CA-

Hist. Eccles. Tom. XXXIX. O o